Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0002-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0004-7

1766.

1. Bostell, Friedericus Jacobus Diedericus, de: De origine renunciationum filiarum illustrium ex diplomatibus medii aevi.

2. Hert, Johannes Gotthardus: De immunitate ab operis, ab obligatione reparationis viarum publicarum non excusante.

3. Koch, Jo. Christoph: De mercibus in commissionem datis.

4a. et Koch, Jo. Christoph: De liberis heredibus suis ad probationem abstentionis non obligatis:

5a. et Korthaltus, Franciscus Justus: De eo, quod justum est circa conditionem, quam testator inserere destinarat neque tamen inseruit.

6. Rotberg, Wilhelmus Christianus: De justa revisionis sententiarum cameralium restrictione

1767.

1. Matthiowitz, Johannes Thomas: De fundamento praejudiciorum

1767.

2. Wallacher, Gerhardus Matthaeus: De jure circa sacra civitatum imperii jam ante pacem religiosam

1768.

Kortholtus, Franc. Iust.: De pactis dotalibus secundum jus commune et statutum Francofurtense consideratis

1769.

Kortholtus, Franc. Iust.: De advocatia liberarum S. R. I. civitatum monastica

1770

1. Wolphi, Ioannes Georgius: De successione conjugum mutua sive de portione conjugum statutaria juxta ordinationem provincialem Solmensem. pars II. tit. 28.

2. Kortholtus, Franc. Iustus: De anno decretorio 1624, quatenus in collegia opificum praecipue in libera imperii republica Francofurtensi conveniat?

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0007-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0008-0

Pri. 44. Rath.. 13.
1766, 3
3/
P. 265

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

# MERCIBVS IN COMMISSIONEM DATIS

## Von Commiſſions - Waaren

QVAM

EX DECRETO

*ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS*

PRAESIDE

## D. IO. CHRISTOPH. KOCH

IVR. PROF. ORD. SYND. CONS. AVL. HASS. COM. PAL. CAES. ACAD. ELECT. MOGVNT. SCIENT. VTIL. SODAL. ORD. ET ORD. IVRID. H A. DECANO

PRO

## GRADV DOCTORIS

AD D. XX. MARTII CIƆIƆCCLXVI.

IN AVDITORIO SOLEMNI

DEFENDET

*AVCTOR*

GERHARDVS DOMINICVS METTINGH

MOENO - FRANCOFVRTENSIS.

*GIESSAE*

EX OFFICINA BRAVNIA.

EX BENFRIED. UNIVERS. ZV HALLE.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0009-8

# DE
# MERCIBVS
# IN COMMISSIONEM DATIS.

## §. I.

### INSTITVTI RATIO.

SOLENT mercatores, opifices aliique negotiationem exercentes, in locis peregrinis, praeſertim in emporiis, vbi tabernam aut ſequeſtratorium habent, huic praeponere *Inſtitores*, quos *Factores*, *Commiſſarios*, Befehlhaber, appellare moribus noſtris ſolemus. Frequentiſſime inde in foro, Factore bonis lapſo & concurſu creditorum excitato, quaeſtio oritur inter *Praeponentem* & reliquos creditores de



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0011-5

*dominio mercium in commiſſionem Cridario datarum & pretio pro iis debito ab emtoribus Factori nondum ſoluto.* Operae igitur pretium viſum eſt, hac de re quaedam, praeſertim ad ductum der Franckfurtiſchen Wechſel-Ordnung de 1739. §. 52. & 53., diſſerere.

## §. II.

### INSTITOR, FACTOR.

NOS igitur hoc loco ſub *Inſtitore*, *Factore*, *Commiſſario* intelligimus *eum, qui praepoſitus eſt tabernae ſequeſtratorioue, vt merces vendat.* Conferantur generatim COMMENTATORES ad *tit.* D. de *inſtitoria actione*, HENR. BALTHAS. ROTHIVS in *diſſ.* de *commerciis inſtitoriis*, recuſa Ienae 1736. & HVLD. *ab* EYBEN in *diſſ.* de *factoribus* c. 2. Extat in *Scriptis* EIVS pag. 260. ſeqq. Quemadmodum iure romano nil intereſt, cuius ſit conditionis qui praeponitur, IO. VOETIVS in *Comment. ad Pandectas* lib. 14. tit. 3. §. 1. ita & *moribus* noſtris idem ſeruatur, niſi ſpecialis adſit prohibitio, qualis obtinet *Lipſiae.* vid. der Stadt Leipzig Ordnungen wie auch Priuilegia und Statuta p. 182. & 206. Sonſten ſollen die Fremden ingeſammt, wie auch Einheimiſche, welche Handwerker ſeynd, und alſo ihre beſondere Be-werbs-Mitt.l für ſich haben, zu Vermeidung ſchädlicher Confuſionen, bey der Mercatur ſich dergleichen Hand-

lungs-

lungs⸗Negotien, mit Commiſſionen und Factoreyen, gänzlich enthalten; es ſey denn, wenn einem oder dem andern ſein Glücke bey der Handlung, vermittelſt der Commiſſionen und Factoreyen, beſſer als bey einem Handwerke zu befördern, bedünken wolte, deme, oder demſelben ſoll ſolches, wenn das vorhero gebrauchte Handwerk von ihme aufgegeben würde, nachgelaſſen, jedoch er oder ſie deswegen dieſer Cramer⸗Innung nicht fähig ſeyn, ſondern es bleiben die übrigen hiervon lautende Articul billig bey ihren Kräften.

## §. III.

### DVAE PRAEPOSITIONIS FORMAE.

CONSTITVITVR eiusmodi Factor *duplici* praeſertim *modo:* vel ita, vt merces, quam optime poteſt, vendat, de ſolutione vero pretii, de quo emtori fides habita eſt, non caueat Praeponenti: exprimit modum hunc die Franckfurth. Ordnung im Wechſel⸗ und Kaufmanns⸗Geſchäften de anno 1739. §. 52. verbis ſequentibus: Derjenige, ſo die Waaren zu verkauffen in Commiſſion bekommen, ſo gut er kan, vor die Zahlung aber nicht gut iſt; vel ita, vt, fide de pretio emtori habita, Factor de pretio ſoluendo ſuam interponat fidem: qui modus innuitur per verba: *del credere* ſtehen.



§. IV.

## §. IV.

### DE PROVISIONE ET QVALE NEGOTIVM INTERCEDAT INTER PRAEPONENTEM ET FACTOREM.

PLERVMQVE quidem Factor accipit *prouiſionem*, vti appellamus, *Prouiſions*=**Gelder**: interim nil eſt, quod curam (factoriam) *gratis* ſuſcipere eum impediat. Prouiſio *ſimplex*, einfache Prouiſion, 1½ aut 2. pro centum; *duplex*, doppelte, 3. aut 4. pro centum eſſe ſolet: *illam* accipit Factor, qui non *del credere* **ſtehet**; *haec* datur illi, qui *del credere* **ſtehet**. LAVTERBACH de *iur. in curia mercat. vſit.* §. 189. GOTHOFR. BARTH. in *Hodeg. for.* pag. 659. ſeq. Igitur pro diuerſitate caſuum vel *mandatum*, vel *locationem conductionem* vel *contractum innominatum* alium ſubeſſe facile perſpicitur. EYBEN c. l. c. 4. & 5.

## §. V.

### FACTORE BONIS LAPSO ET CONCVRSV CREDITORVM EXCITATO, VARIAE QVAESTIONES ORIVNTVR.

ACCEDAMVS iam ad rem ipſam & quaeſtionum, Factore bonis lapſo, exſurgentium principalium enodationem. Capita ea haec ſunt: I. de mercibus adhuc apud Factorem extantibus; II. de pretio ab emtoribus Factori nondum ſoluto; III. de pretio in bonis Factoris adhuc in natura exiſtente; IV. de

de pretio a Factore conſumto, nec amplius in natura apud eum exiſtente.

## §. VI.

### I. DE MERCIBVS ADHVC EXTANTIBVS.

ET quod ad merces quidem nondum venditas & apud Factorem adhuc extantes attinet, orto concurſu, Praeponentem eas *iure ſeparationis* ex concurſu vindicare poſſe, *iuris communis* principia dubitare nos non patiuntur. Dominium enim *mercium commiſſionalium*, ſit venia verbo, apud Praeponentem remanet, ideoque eae adhuc apud Factorem extantes vindicari *iure ſeparationis* poſſunt. WOLFFG. AD. LAVTERBACH in *Coll. th. pr.* lib. 42. tit. 5. §. 17. IO. BRVNNEMANN. in *Proceſſ. Concurſus cred.* c. 5. §. 5. ibique STRYCK. IO. HENR. N. D. de BERGER in E. D. F. tit. 42. obſ. 3. BARTH. c. l. pag. 660. Conſentit die Wechſelordnung §. 52. die einem zur Inſolvenz gerathenen debitori um die prouiſion zu verkaufen in Commiſſion gegebene und annoch vorhandene Waaren und Güter betreffend, bleiben dieſelbe dem Committenten nach wie vor ſein Eigenthum, und iſt er ohne Widerrede ſolche wieder zurückzunehmen wohl befugt. Nec hoc in capite diſtinguimus inter duas praepoſitionis formas, (§. III.) *Ordinatio* enim *cambialis* intuitu *vindicationis mercium* adhuc apud Factorem extantium

tium non diſtinguit, vtrum Factor cum clauſula: *del credere* **ſtehen**, praepoſitus ſit, an ſimpliciter; ſed haec diſtinctio tantum adhibita eſt quoad *pretia* ab emtoribus nondum ſoluta. Contrariam tamen ſententiam & quod Praeponens merces, licet adhuc apud Factorem extantes, ex concurſu *iure ſeparationis* vindicare nequeat, ſi Factor cum clauſula: *del credere* **ſtehen**, praepoſitus ſit, defendit CONSVLTISS. AVCTOR der Anmerckungen über die Reformation P. I. tit. 49. §. 1. pag. 1095. STRYCKII auctoritatem appellans; & ita differens: Welches aber nicht angehet, wo ſolche auf Borg gegeben, und der, dem ſie zugeſtellet worden, für die Bezahlung gut geworden iſt, ſo die Worte, *del credere* **ſtehen**, gar deutlich anzeigen, weil auf dieſe Art das Eigenthum der Waaren auf den andern wircklich überbracht worden, und die Sache für keine Commiſſion oder Befehl mehr angeſehen werden mag. Sed, quod pace, VIRI DOCTISSIMI, dixerim, ſententia haec valde mihi diſplicet, & quod dominium mercium in neutrum Factorem, adeoque nec in eum, qui cum clauſula: *del credere* **ſtehen**, praepoſitus eſt, tranſeat, ex ipſa *ordinationis* diſpoſitione elucere puto. Clauſula enim *del credere* **ſtehen**, hunc ſolum producit effectum, vt Factor hac forma praepoſitus, merces vendendo fidem de pretio emtoribus habens, de pretii ſolutione Praeponen-

ponenti caueat. Nec per hanc clauſulam *contractus aeſtimatorius* efficitur, ſed negotium adhuc in *commiſſionis* ſubſiſtit terminis. Deinde STRYCKIVS de eo caſu intelligendus eſt, ſi quis alicui merces, non in commiſſionem dedit, ſed ipſi vendidit fide de pretio habita: quo ſane in caſu *commiſſio nulla* adeſt.

## §. VII.

### II. DE PRETIO AB EMTORIBVS FACTORI NONDVM SOLVTO.

QVOAD pretium vero ab emtoribus Factori nondum ſolutum diuerſas praepoſitionum formas *Ordinatio cambialis* attendere iubet, in verbis, quae ſequuntur: Wie dann auch in dem Fall, da derjenige, ſo die Waaren zu verkaufen in Commiſſion bekommen, und nicht del credere ſtehet, ſondern die Waaren, ſo gut er kan, verhandelt, vor die Bezahlung aber nicht gut iſt, ſolche zwar wirklich verkaufet, den Preis darvor aber noch nicht erhoben hat, derſelbe nicht ihm, oder, wann er etwa in Inſolvenz geräthet, ſeinen Creditoren zuſtehen, ſondern dem Committenten von dem Käufer verabfolgt werden ſoll. Ex quibus verbis clariſſime patet, pretium mercium nondum ſolutum *iure* quaſi *ſeparationis* Praeponentem petere poſſe ab emtoribus, ſi Factor non cum clauſula: *del credere* **ſtehen**, praepoſitus

tus ſit; quod ſi vero ea clauſula adiecta fuerit, pretia nondum ab emtoribus ſoluta ad *maſſam concurſus* pertinere. Interim ſecundum *ius commune*, ſine vlla differentia, dicendum eſſe arbitror, pretia mercium nondum ſoluta ad Praeponentem ſpectare. Egregia ſunt verba IO. VOETII c. l. §. 7. *Licet iure romano Praeponens agere non potuerit ex Inſtitoris contractu, inſtitorio nomine cum aliis inito, niſi in ſubſidium, cum ſuum conſequi nequit ab Inſtitore; tamen ex quo moribus inualuit, alteri per alterum, non certis in caſibus exceptis, vti quidem iure ciuili, ſed paſſim obligationem quaeri poſſe, vix amplius dubitari poteſt, quin ex contractu Inſtitoris, qua talis, valida Praeponenti actio danda ſit. Ac proinde actione venditi recte Praeponens rerum ſuarum per Inſtitorem diſtractarum emtorem conuenerit ad pretium, quod necdum Inſtitori perſolutum eſt, ſibi potius, quam Inſtitori ſoluendum, dum is forte foro ceſſit, aut incipit ſuſpectus eſſe: ſi modo probet, ſe rem inſtitori vendendam commiſiſſe; quod ipſum iuri quoque romano conueniens eſt* l. 13. §. 25. D. de *act. emt.*‥ add. HVLD. *ab* EYBEN in *diſſ. poſter.* de *Factoribus* c. 8. in *Scriptis* pag. 203. & BARTH c. l. pag. 660. Laudabiliter porro in *Ordinatione cambiali* ad litium multitudinem praeſcindendam cautum eſt §. 53. Damit aber in dergleichen Begebenheiten nicht allein, ſondern auch in dem Caſu, da derjenige, ſo ſolche Commiſſions-

ſions=Waaren erkaufet, fallit worden, aller Streit, Verdacht und Zweifel verhütet werde, ob die dem Committenten angewieſene Inſolvente und andere Debitores in der That diejenige ſeyen, welche ſeine Waaren bekommen haben; ſo ſollen in Zukunft alle Commiſſarii, welche nicht del credere ſtehen, ſo oft ſie vor ein hundert oder mehr Reichsthaler Commiſſions=Waaren an einen Mann auf Zeit verkaufen, ihrem Committenten nebſt der Fattura ſothaner verkauften Waaren den Namen deſſen, der ſolche erhandelt, in einem verpetſchirten Zettel, bey Straf, daß die Zahlung ſonſt an ſie gefordert werden ſolle, zuſenden, die Committenten aber ſolchen, ſo lange kein Falliment darzwiſchen gekommen, oder ihnen von ihren Commiſſariis berichtet worden, zu eröfnen nicht befugt, ſondern, damit ſie der Commiſſariorum Auswege nicht auskundſchaften, und an ſich ziehen, bey richtigem Eingang der Gelder jedesmahlen ohnerbrochen zurückzuſchicken angewieſen, auch, dafern ſie dieſem zuwider handeln würden, denen Commiſſariis billigmäßige Satisfaction zu thun ſchuldig ſeyn.

## §. VIII.

### QVID FACTORI MERCES FIDE DE PRETIO HABITA VENDENTI OBSERVANDVM?

IGITVR & Factor cum clauſula: *del credere* ſtehen,

ſtehen, praepoſitus, in vendendis mercibus liberum hactenus habet arbitrium, cui & qua lege merces vendere velit. At Factor *ſimpliciter* conſtitutus, poteſt quidem, niſi nominatim ei mandatum fuerit, vt parato pretio merces vendat, fidem de pretio habere, dummodo diligens ac cautus ſit in admittenda & probanda emtoris fide, ſufficitque Inſtitorem probare, emtores tunc, quum iis vendidit, idoneos reputatos eſſe, etſi vere idonei non fuerint; LAVTERBACH de *iure in curia mercat. vſitato* §. 189. GOTHOF. BARTH in *Hodeg. for*. p. 659. AVG. *de* LEYSER *Sp*. 333. m. 7. ſeq.: quod his cautum eſt verbis in *Statut. Hamburg*. P. II. des Stadt-Rechtens tit. 12. art. 7. pag. 233. ſeq. Würde einer auf empfangenen Befehl auf Zeit und Termin, jemande Güter verkaufen, und die Käufer darnach in Discredit gerathen; ſo ſoll dadurch der Befehlhaber nicht gefähret werden, wofern zu dero Zeit, als der Kauf beſchehen, die Käuffer alſo bewandt geweſen, daß ihnen auch andere fleißige Händler getrauet hätten. conf. BARTH. c. l. pag. 655. lit. n.

## §. IX.

### III. DE PRETIO IN BONIS FACTORIS ADHVC IN NATVRA EXISTENTE.

EANDEM diſtinctionem, qua vſi ſumus in §. 7, proferendam eſſe puto ad eum caſum, ſi pretia ab emto-

emtoribus ſunt ſoluta & iidem numi, quos hi ſoluerunt, adhuc apud Factorem exſtant. Licet enim hic caſus in *Ordinatione cambiali* expreſſe non ſit definitus, a caſu tamen pretii nondum ſoluti deciſo, ad caſum pretii ſoluti & apud Factorem in natura adhuc extantis, ob paritatem rationis concludere licet. Interim probandum a Praeponente eſt, numos extantes pro *mercibus commiſſionalibus* Factori ſolutos eſſe.

## §. X.

### IIII. DE PRETIO A FACTORE CONSVMTO.

DENIQVE ſi Factor pretia ex *mercibus commiſſionalibus* redacta conſumſit, nec numi ſoluti amplius in natura apud eum exſtant, Praeponenti contra emtores b. f. nulla competit actio: VOETIVS cit. l. §. 4. *de* BERGER in *Suppl. ad* E. D. F. P. I. pag. 487. BARTH c. l. lit. o. nec is ad *ius ſeparationis* prouocare poteſt, quoniam pretia ſoluta in natura non exiſtunt in bonis Factoris: ſed loco ipſi *inter creditores* aſſignato contentus eſſe debet. *Quanam* vero in *claſſe* locus ipſi ſit aſſignandus: num ſcil. *priuilegium perſonale* ante meros chirographarios ipſi tribuendum? an vero ſine vllo priuilegio ac praerogatiua inter ceteros *chirographarios* creditores ſit collocandus? inter Doctores ventilatur. Interim ex ae-

quitate *prior* ſententia communiter praeualet. BRVNNEMANN. de *Proc. Conc. Cred.* c. 5. §. 63. ibique STRYCKIVS, LVDOVICI Einl. zum Concurs-Proceß c. 10. §. 59. Sed quidquid ſit de iure *communi*, noſtro iure *ſtatutario*, quod a *communi creditorum* in *claſſes* diſtributione quam longiſſime abit, multaque in hac doctrina ſingularia habet, *Praeponens* in xma claſſe inter *creditores communes* collocandus eſt. *Reformat. Francof.* P. I. tit. 49. §. 13.

## *Corollarium.*

Quamuis iuri ſeparationis, quod quis Praeponenti in hoc caſu vindicare vellet, prima iuris principia refragentur, nihilominus tamen in *ſimili* caſu ante aliquot annos ius ſeparationis creditori a ICtorum quodam collegio aſſertum eſt. Caſum mihi communicauit *ill. Dn.* PRAESES, isque ſequens erat. Curio quidam *nomen* tribus clam inſciisque ſociis exegerat & NB. ſortem conſumſerat. Poſt mortem illius oritur concurſus. Tribus contra ſuam ſpem & exſpectationem a F. I. E. *iure ſeparationis* ante omnes creditores collocatur ex his rationibus: D. a. u. d. debitor communis dieſe Gelder ohne alle Befugniß, und quaſi furtiuo modo eincaſſiret, und widerrechtlich conſumiret hat, und durch dieſe unbeſtändige Unternehmung ſich das Dominium dieſer unterſchlagenen Gelder keineswegen zueignen können, cum dominium non niſi ex iuſto titulo & cauſſa ad illud transferendum habili adquiratur. l. 31. ff. de a. r. d. in ſolchen

Fällen

Fällen aber, wo der Debitor communis nicht Dominus worden, denenjenigen, ſo ihr Eigenthum bey denen Concurſen behaupten, das Ius ſeparationis allerdings zu ſtatten komt, LAVTERBACH *Coll. th. pr. tit.* de *priu. cred.* §. 17. welches allhier um ſo gründlicher anſchläget, da de re fungibili gehandelt wird, vbi non corpus, ſed ſimilem quantitatem demonſtraſſe ſufficit. l. 5. ff. de *rei vind.* Sed reuiſionis remedio a reliquis creditoribus interpoſito, merito haec ſententia reformata & tribus in IVtam claſſem reiecta eſt.

## §. XI.

### DICTA PRAEIVDICIO ILLVSTRANTVR.

EANDEM, quam in antecedentibus propugnaui, in ſententiam iuit *illuſtris ICtorum in hac Academia Ordo* anno 1761., &, quia hoc praeiudicio egregie confirmantur a me dicta, lubet paſſus concernentes ex rationibus decidendi a DOMINO PRAESIDE mihi beneuole communicatis excerpere: Nach dem Abſterben des Bürgers und Handels-Manns N. N. in N. meldeten ſich ſowohl N. und Compagnie in N. wegen dem verſtorbenen N. in Commiſſion gegebener Waaren, als auch andere deſſelben Gläubiger. N. und Compagnie liquidirten mittelſt eines aus ihren Handlungs-Büchern gezogenen und vom Stadt-Rath zu N. beglaubigten Conto correnti ein Saldo von 17174. fl. 27. kr. an Waaren, ſo dem Cridario defuncto in Commiſſion gegeben worden. Forderten zu-

gleich

gleich iure ſeparationis, ſowohl die vorhandene noch unverkaufte Commiſſions-Waaren, als auch die, vor die ſchon verkauften, noch ausſtehende Activ-Schulden, welche ſich laut des aus denen N. Büchern vom Buchhalter N. verfertigten Extracts, auf 13344. fl. 41. kr. belaufen; producirten nicht weniger ein, von dem Contradictore recognoſcirtes, Billet des N. woraus, daß derſelbe Prouiſion genoſſen, erſichtlich iſt. Der Contradictor gab zwar das Saldo à 17174. fl. 27. kr. wenn ſolches durch Beſchwörung des Handels-Buchs beſtärket würde, als liquid zu, wendete auch gegen die iure ſeparationis geforderte Auslieferung der noch vorhandenen Commiſſions-Waaren, ſo ſehr eben nichts ein, wegen der noch ausſtehenden Activ-Schulden aber, opponirt er, daß der verſtorbene N. del credere geſtanden, mithin dieſe Actiua ad Maſſam Concurſus gehörten. Ob nun wohl N. und Compagnie des Davorhaltens ſind, daß die von dem liquidirten Saldo, nach Abzug der vorhandenen Commiſſions-Waaren und davor ausſtehenden Activ-Schulden, noch übrig bleibende Summe in die fünfte Claſſe locirt werden müſte;

Reformat. Francof. P. I. tit. 49. §. 6. in fine.

Wogegen der Contradictor vermeinet, daß der verſtorbene N. weil ihm in obengedachtem Billet ein gewiſſer Preiß, unter welchem er die Waaren nicht verkaufen können,

können, angeſchlagen worden, del credere geſtanden, mithin Liquidanten weder die in natura noch vorhandene Waaren, noch auch die davor ausſtehende Schulden iure ſeparationis fordern könnten, angeſehen in ſolchem Fall das Dominium der Waaren übergegangen ſey;

STRYCK ad BRVNNEM. de *proc. conc. credit.* c. 5. §. 5. lit. c.

AVCTOR der Anmerkungen über die Reformat. P. I. tit. 49. pag. 1095.

Dennoch aber und dieweil die Ordnung in Wechſel- und Kaufmanns-Geſchäften vom Jahr 1739. in dem §. 52. worauf alles ankommt, klar verordnet:

Die einem rc. vide §. 6. 7. vbi reliqua verba inuenies.

Mithin ſoviel die noch vorhandene ungezweifelte N. Commiſſions-Waaren betrifft, da der N. laut des recognoſcirten Billets die Waaren um Prouiſion zu verkaufen gehabt, denen Liquidanten N. und Compagnie ſolche iure ſeparationis ſchlechterdings, es mag der verſtorbene N. del credere geſtanden haben oder nicht, auszuantworten ſind, allermaſſen in der jetztangeführten Stelle in Abſicht auf die noch vorhandene unverkaufte Waaren kein Unterſchied, ob der Commiſſarius del credere geſtanden hat, oder nicht, gemacht wird; ſo viel aber die, vor die verkaufte Commiſſions-Waaren noch ausſtehende



Activ-

Activ-Schulden belangt, nach Maasgabe obangeführter Stelle der Unterſchied eintritt, ob der N. del credere geſtanden, oder nicht? nehmlich ob er vor die Bezahlung gut geweſen, oder nicht? Allermaſſen im erſten Fall die ausſtehenden Actiua ad Maſſam Concurſus, im andern aber, iure ſeparationis denen Committenten N. und Compagnie, gehören; Gleichwohl aber, daß der N. del credere geſtanden habe, daraus ſo wenig, weil ihm ein gewiſſer Preiß, unter welchen er die Waaren nicht verkaufen ſollen, geſetzt iſt, erhellet, indem hieraus, daß er vor die Bezahlung gut geweſen, nicht gefolgert werden mag, als weniger aus dem Umſtand, daß er Prouiſion genoſſen, geſchloſſen werden kann, daß er nicht del credere geſtanden, allermaſſen einer, ſo Commiſſions-Waaren del credere zu verkaufen hat, auch Prouiſion ziehet. So viel endlich die von dem liquidirten Saldo noch übrig bleibende Summe betrift, die Liquidanten damit in die 10te Claſſe, als gemeine Gläubiger zu verweiſen geweſen, angeſehen das, was wegen des Depoſiti in der

Reformat. P. I. Tit. 49. §. 6. in fine.

verordnet worden, nur de depoſito ſtricte zu verſtehen, und auf andere Fälle nicht auszudähnen iſt.

AVCTOR der Anmerkungen ad cit. l. pag. 1109.

*EPI-*

# EPIMETRA.

## I.

Si Factor, ſiue cum clauſula: *del credere* **ſtehen**, ſiue ſine ea, praepoſitus, pretium, eo, quod Praeponens determinauit, maius accepit, id, quod plus conſecutus eſt, in rationes referre debet, nec ſibi tribuere poteſt. BARTHIVS in *Hodegeta forenſi* pag. 655. lit. n. qui erronee LAVTERBACHIVM in *Comp. iur.* p. 394. lit. D. ac diſſentientem citat. LAVTERBACHIVS enim expreſſis verbis de aeſtimatorio contractu loquitur; quid! quod ſtatim ſubiicit: *quod ſecus eſt, ſi quis tantum per locationem aut mandatum alteri commiſerit rei ſuae venditionem.* Ergo LAVTERBACHIVS potius conſentit.

## II.

Praeponenti merces commiſſionales ex concurſu *iure ſeparationis* vindicanti, ſi, *num merces illae extantes a Praeponente in commiſſionem datae ſint?* dubitatur & a contradictore negatur, probationis onus incumbit. Idem cenſuit *illuſtris ICtorum Ordo* in illo, cuius mentionem feci in §. XI., creditorum concurſu, his verbis: So dann die Liquidanten N. und N., daß die in der Concurs-Vergantung verkaufte 5. Stück

Calanque von ihren Commiſſions-Waaren geweſen, allerdings zu beſcheinigen ſchuldig ſind, allermaſſen, wenn einer ex concurſu ſeine Sache vindiciren will, derſelbe das Dominium erweiſen muß, zudem der verſtorbene N. von mehrern Handelsleuten Waaren in Commiſſion bekommen, auch vor ſich ſelbſt gehandelt hat, mithin, daß die 5. Stück Calanque von dem ihrigen geweſen, nicht geſchloſſen werden kann.

F I N I S.

Giessen, Diss., 1766-70

X 2396520

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0029-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0030-1

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE

# MERCIBUS IN COMMISSIONEM DATIS

## Von Commiſſions-Waaren

QUAM

EX DECRETO

*ILLUSTRIS IURISCONSULTORUM ORDINIS*

PRAESIDE

D. IO. CHRISTOPH. KOCH

IUR. PROF. ORD. SYND. CONS. AUL. HASS. COM. PAL. CAES. ACAD. ELECT. MOGUNT. SCIENT. UTIL. SODAL. ORD. ET ORD. IURID. H. A. DECANO

PRO

GRADU DOCTORIS

AD D. XX. MARTII CIƆIƆCCLXVI.

IN AUDITORIO SOLEMNI

DEFENDET

*AUCTOR*

GERHARDUS DOMINICUS METTINGH

MOENO - FRANCOFURTENSIS.

*GIESSAE*

EX OFFICINA BRAUNIA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198249-p0031-6